



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Disputationvm De Censuris In Communi,
Excommunicatione, Suspensione, & Interdicto, itemque
de Irregularitate, Tomvs Qvintvs**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, Anno Domini M. DC. XVII.

Disputatio XLI. De modis, quibus tollitur Irregularitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94035](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94035)

Secl. I. An aliter quam per dispensationem tollatur. 653

addo magis significare poenam ab homine imponendam, quam à iure latam, & ideo raro ad irregularitatem accommodari.

DISPUTATIO XLI.

De modis quibus tollitur irregularitas, præsertim de dispensatione eius.

NTEQUAM ad particulares irregularitates descendamus necesse est, ut sicut generalem doctrinam, de irregularitate, quantum ad eius institutionem, & effectum tradidimus, ita etiam de modis quibus auferri potest dicamus. Supponimus autem irregularitatem auferri posse, ut constat ex Ecclesiæ usu, & ex eo, quod neque est impotentia simpliciter, neque poena irremissibilis. Quanquam non desint, qui distinctione utantur, dicentes, quandam esse irregularitatem magnam, quæ dispensatur, aliam vero maximam, quæ nunquam dispensatur, ut quod cæcus ordinetur. Sed non est necessaria distinctio, quia si defectus talis sit, ut omnino sit indispensabilis, reuera non est propria irregularitas, sed erit impotentia aliqua, vel impedimentum iure diuino, vel naturali impediens, vel simpliciter, vel digne recipere, vel ministrare ordines. Si vero impedimentum est dispensabile, quod maiorem, vel minorem requirat causam, & quod frequentius, aut rarius dispensetur, non refert, neque variat rationem irregularitatis. Supposito ergo, quamecunque propriam irregularitatem tolli posse saltem per dispensationem, duo à nobis præcipue videnda sunt. Primum an possit aliquando sine dispensatione tolli, & consequenter quæ requirantur ad talem dispensationem, deinde apud quem sit potestas dispensandi in hoc defectu.

SECTIO I.

Verum possit irregularitas aliter quam per dispensationem tolli.

Ratio audit.

Ratio dubitandi esse potest, quia irregularitas est impedimentum de se perpetuum iure canonico introductum: ergo nunquam potest tolli, nisi per dispensationem in iure. In contrarium vero est, quia censura non tollitur per dispensationem, sed per absolutionem, ergo etiam irregularitas, nam videtur esse eadem ratio. Aliunde vero etiam apparet, neque absolutionem, neque dispensationem esse necessariam, vel possibilem quia vel cessat causa irregularitatis, vel non: si cessat, eo ipso tollitur irregularitas sine alia indulgentia superioris, ex regula illa, *Cessante causa, cessat effectus*, quæ in præsentia maxime locum habere videtur. Quia irregularitas fertur præcipue propter indecentiam; hæc autem infertur cessante causa, ergo aufertur etiam irregularitas. Unde è contrario si causa non cessauit, non poterit tolli irregularitas etiam per dispensationem, quia semper manet indecentia: non videtur.

Fr. Suarez tom. 5.

detur autem posse per dispensationem fieri, ut cum indecentia licite ordines suscipiantur, vel administrantur.

In hac re communis doctrina est, irregularitatem & per dispensationem, & aliis modis tolli posse. Ita Syluest. verb. *Irregularitas*, in fine, & alij Summistæ eodem verb. Qui præcipue tres modos assignant tollendi irregularitatem, scilicet per baptismum, per religionis ingressum, & per dispensationem. Sed quod ad baptismum attinet, dictum in superioribus est, ante illum nullam esse propriam irregularitatem, & ideo non proprie dici, irregularitatem tolli per baptismum, sed dicendum potius esse, defectum existentem in homine ante baptismum non reddere hominem irregularem post baptismum. Hæc autem regula sub hac generalitate non admittitur ab omnibus: Nam Rich. quodlib. 2. 22. absolutè negat irregularitatem aliquam tolli per baptismum, etiam illam, quæ propter culpam contrahitur, quia irregularitas, inquit, non contrahitur sub ea ratione qua culpa est, sed sub aliqua alia. Alij generaliter admittunt illam regulam, estque consentanea doctrinæ Hieronymi. Epist. 83. ad Oceanum. Alij distinctione utuntur: nam de irregularitate, quæ provenit ex peccato, vel ex sequela peccati, quæ est infamia, asserunt non induci in baptismum propter peccata, quæ præcesserunt. De alia vero irregularitate, quæ sine peccato contrahitur, oppositum docent. Quæ fuit opinio Hostiensis, Ioannis Andreæ, & aliorum, quam videtur sequi Maiol. lib. 1. de Irregular. c. 2. n. 8. reg. 13. Sed tamen Abbas in c. *Caudemius*, nu. 6. de Diuortis, cum alijs, licet admittat primum membrum huius distinctionis, secundum subdistinguentium putat, nam in aliquibus admittitur, ut in illa quæ provenit ex bigamia, iuxta sententiam Ambrosij lib. 3. Epist. 25. & Augustini lib. de Bono coniugali cap. 18. Idemque esse de Irregularitate ex defectu natalium affirmat Syluester supra quæst. 28. Addunt tamen hi doctores, aliquam irregularitatem, quæ sine culpa contrahi solet, ut est illa quæ dicitur ex defectu lenitatis, impediri ratione baptismi. Quod etiam tenet Angelus verb. *Irregularitas*, 2. & Armil. num. 87. Sed hoc loco non possumus particulares quæstiones tractare aut definire. Et ideo neque possumus regulam omnino generalem constituere, nam hæc pendet ex particularibus quæstionibus. Possumus autem cum hac exceptione generaliter dicere: In homine denuo baptizato nullam manere irregularitatem ratione præcedentium actionum, aut conditionum, nisi ubi oppositum sufficienter in iure constiterit. In hoc enim videntur ferè contineri Doctores citati. Et congrua ratio reddi potest, quia per baptismum denuo regeneratur quis, & efficitur quasi nouus homo: & ideo per se loquendo ac regulariter, omnis macula & indecentia ab eo tollitur, præsertim illa quæ in culpa fundatur. Deinde, omnis irregularitas est de iure positio: omne autem positium ius, generatim loquendo, dirigitur ad baptizatos: ergo non est extendendum ad defectus commissos ante baptismum, nisi id fuerit in iure expressum. Hæc igitur generalis regula contra Richardum obseruanda est. An vero in casu bigamiæ, vel alio admittenda sit exceptio, suo loco dicemus.

De secundo modo ablationis irregularitatis per ingressum religionis.

Circa secundum modum tollendi irregularitatem per ingressum religionis advertendum est, aliud esse irregularitatem tolli per religionis ingressum ipso facto, & sine alia dispensatione, aliud vero irregularitatem ante religionis ingressum contrariam, per illius ingressum fieri dispensabilem per religionem ipsam seu Prælatos eius. Rursus in utroque casu loqui possumus, aut de iure communi, aut

lil 3

expti-

ex privilegijs religionum. Hic præsertim loquimur de iure communi, de quo variaz sunt sententiæ. Quidam enim asserunt, omnem irregularitatem tolli per professionem religionis. Quod tenuit Gloss. vltim. in cap. *Cum deputati*, de iudicijs citans cap. *Non liceat*, 19. quæstione vltim. vbi solum dicitur, filium, qui ingressus est religionem, non posse licite exheredari à patre propter ingratitudinem quam ante religionem commiserat, quod est longe diuersum, nec potest extendi ad irregularitatem cum sufficiens fundamento, ex vi illius textus. Eandem vero opinionem tenet Glossa in cap. vlt. de Filijs Presbyt. quæ etiam citat Authenticam de Monach. in princ. quæ communiter ad hoc allegatur: sed immerito, quia non loquitur de ingressu, vel professione religionis, sed de vita & conuersatione religiosa; nec loquitur de irregularitate, sed de macula morali, vt recte Glossa ibi exposuit. Quocirca tam vniuersalis regula non videtur in iure fundata: Et ideo alij distinguunt de irregularitate contracta ex peccato, vel sine illo, & de posteriori affirmant tolli per ingressum religionis, non vero priorem. Et citatur Gloss. in cap. *Quantumlibet*, 46. distinct. quæ non loquitur generaliter. Id autem asseruit Glossa in cap. 2. de Apostatis, quamvis in fine non videatur esse constans in hac sententia: neque existimo posse aliquam ex illis partibus ex iure generaliter probari. Et ideo alij negant posse aliquid circa hoc vniuersè affirmari, nisi hoc solum, quod illa tantum irregularitas per religionem tollitur, cui hoc est iure concessum, quæ fuit sententia Panorm. in ca. 2. de Apostatis, n. 7. & per se considerata, videtur valde probabilis. Quia si alicubi iura loquuntur de hoc modo tollendi irregularitatem, non loquuntur in generali, sed in particulari de vna vel alia; vt videre licet in c. 1. de Filijs Presb. cum similibus. Neque in his rebus argumentum à simili est efficax, vt saepe dictum est. Vnde in alijs iuribus significatur, esse necessariam dispensationem, facilius tamen concedendam in fauorem religionis, c. 2. de Apostatis. Ergo nulla potest generalis regula assignari, sed in singulis irregularitatibus consulenda sunt iura. Atque hanc partem secuti sunt Ang. & Sylu. verb. *Irregularitas*, in fine, & Arm. nu. 88. Addit vero Sot. 4. d. 25. q. 1. art. 3. nunc de facto hunc morem in religionibus seruari, vt omnis irregularitas per religionis ingressum tollatur, excepta bigamia, & homicidio voluntario, siue, inquit, hoc fuerit obtentum iure communi, siue consuetudine vel privilegio. Cuius quidem assertioni, quantum ad factum seu morem suæ religionis spectat, fidem adhibere possumus. Quod vero spectat ad ius commune, nullum ita generale reperitur. Privilegia autem religionum consulenda sunt. Vtrum autem potuerit sola consuetudine introduci talis dispensatio, generalis quæstio est de potestate iurisdictionis, an per consuetudinem acquiri possit, quæ de varijs actibus saepe in superioribus tractata est: & eodem modo est in presenti definienda. Nam vbi fuerit talis consuetudo, retinenda est, quia licet per se sola non valeat dare iurisdictionem, est tamen sufficiens signum potestatis concessæ, etiam si fortasse nunc de expresse privilegio non constet. De hacigitur ratione tollendi irregularitatem circa singulas commodius dicemus: vbi etiam de privilegijs religionum, quæ necessaria fuerint, attingemus: nam alia in proprium opus de Religionem referuamus.

De Ablatione irregularitatis per dispensationem.

Prima conclusio. Circa tertium modum dicendum in primis est, irregularitatem tolli posse per propriam dispensationem, non vero per absolutionem. Prior pars communis est, & probatur, quia sicut dispensatio cadit in ius humanum, iuxta cap. *Proposui*, de Con-

cess. Præbend. ita etiam cadere potest in irregularitatem. An vero aliqua sit excipienda, dicemus infra agentes de bigamia, in qua existimatur hoc habere specialem difficultatem, quia in cap. *Super eo*, de Bigamis significatur, in irregularitatem illam non cadere dispensationem: verumtamen non dicitur esse impossibile, sed difficile. Altera pars declaratur, supposita differentia inter illa duo, quæ in hoc consistere videtur, quod absolutio significat actum iustitiæ, in quo causa aliqua seu iudicium terminatur: dispensatio vero solum est quædam exceptio à communi lege seu prohibitione: & ideo illa duo habent rationem moralem valde diuersam. Ratio ergo, ob quam dispensatio cadit in irregularitatem, & non propria absolutio est, quia irregularitas habet vim cuiusdam absolute prohibitionis, vel perpetuæ simpliciter, vel pro tali tempore, seu durante tali statu rerum: & ideo quantumcunque hominem poeniteat sui delicti, vel causam suam in iudicium asserat, nunquam potest ex vi alicuius sententiæ liberari à tali onere. At vero non obstant hac conditione irregularitatis, potest prælati, qui potestatem habet supra ius, hominem eximere à tali prohibitione. In quo seruanda sunt regulæ generales, de requisitis ad valorem, & honestatem talis dispensationis: nam eadem ratio est de hac, & de qualibet alia, quæ circa humanum ius versetur.

Secundo dicendum est: Vt dispensatio in irregularitate locum habeat, necesse est, vt causa irregularitatis duret: nam illa cessante, per se cessat irregularitas, nec est necessaria dispensatio. Vt hoc explicemus, distinguere possumus varias irregularitates quoad perpetuitatem causæ. Quædam est habens causam omnino immutabilem, huiusmodi est omnis illa, quæ fundatur solum in actu præterito, quatenus semel factus est, quia quod factum est, infestum esse nullo modo potest: & hæc irregularitas est de se perpetua quamdiu persona durat. Huiusmodi est irregularitas ex defectu natalium, quæ solum fundatur in cōceptione sine vero matrimonio. Similis est irregularitas ex homicidio, sufficit enim occidisse, etiam si per miraculum homo occisus postea resurgeret. Denique idem est in omni irregularitate ex delicto contracta, quia non fundatur in delicto, vt perseverante moraliter seu habitualiter, sed in hoc solum, quod fuerit commissum. Et ob hanc rationem, quantumvis peccatum per poenitentiam, vel absolutionem tollatur, hæc irregularitas manet, donec per dispensationem tollatur. In his ergo irregularitatibus solum habet locum hic modus auferendi illas à subiecto manente, quia statum causæ necessario semper durat. Aliæ vero sunt irregularitates, quæ & temporalem causam habent & expresse feruntur solum pro illo tempore pro quo causa durat: huiusmodi est irregularitas ex defectu ætatis, quæ propterea solum durat, durante tali ætate, & consequenter dispensatio solum habet in ea locum quoad durat causa seu tempus irregularitatis: quo tempore durante potest talem dispensationem concedi, præter rationem supra factam vsus ipse satis confirmat.

Tertio sunt aliæ irregularitates, quæ habent causam, quæ non consistit tantum in actu præterito, sed in aliqua re vel priuatione permanente, & durabili, qualis est egritudo, vel debilitas corporis, aut alius similis defectus, qui aliquando solet esse naturaliter immutabilis, vt est defectus vnius, v. g. vel quid simile: & tunc nulla est difficultas, quin per dispensationem sola auferri possit talis irregularitas secluso miraculo. Aliquando vero talis causa cessare potest naturaliter, vt si lepra auferatur, vel debile membrum pristinae salutis restitatur. Et tunc est generalis regula, cessante causa irregularitatis cessare irregularitatem, absque alia dispensatione, iuxta illud Ambrosij epistol. 82. *Vbi causa non habet, vitium non*

imputatur, & habetur in cap. Neophytus, dist. 61. & est communis sententia cum Glossa in cap. Post translationem, verb. Cessante, de Renunciat. argumento illius textus, & in cap. Super eo, de Electione. Quibus locis Ioannes Andreas, Panormitanus, & alij disputant de sensu illius propositionis vulgaris, cessante causa cessat effectus, cap. Cum cessante, de Appellat. cum alijs. Omnis tamen eorum doctrinis, & distinctionibus, in presenti materia sermo est de causa intrinseca (vt sic dicam) constitutiva irregularitatis, quia ponit in subiecto intrinsecam rationem eius, quia ablata tollitur (vt sic dicam) materia illius irregularitatis. Exemplum asserre possumus ex canone 78. Apostolorum, vbi primum sic dicitur, Si quis demonem habet, ne fiat clericus: statim vero subiungitur, B. Ergatus autem recipiatur, & si sit dignus, fiat. Idem est de defectu ignorantie, si supponamus irregularitatem inducere, nam si ignorantia tollatur, tollitur materia ipsius irregularitatis, argumento capit. Statutum, 61. dist. Idemque est suo modo in infamia, si vere & omnino auferatur, vt saltem in infamia facti potest contingere. In his ergo casibus non est necessaria dispensatio, nisi quamdiu causa non cessat, illa tamen durante, cum irregularitas duret, ita poterit dispensari sicut qualibet alia.

Canon 78.
Apostol.

Vnde obiter intelligitur quid censendum sit de quodam modo auferendi irregularitatem, quem aliqui assignant, per approbationem legis ferentis irregularitatem, vt si nunc, ver. gr. Ecclesia auferret legem, quae illegitimos facit irregulares, eo ipso auferretur talis irregularitas, quia efficacior est abrogatio, quam dispensatio. Est enim haec sententia mihi certa quantum ad duo. Primum quoad irregularitates nondum contractas, quia post abrogatam legem non contrahuntur, vt per se notum est, cum ex efficacia legis pendeant. Secundum quantum ad irregularitates iam contractas ante tempus abrogationis sine culpa, vt in exemplo posito de illegitimis, abrogata lege, quae illos facit irregulares, non solum fierent habiles illegitimi, qui postea nascuntur, sed etiam iam nati: & hoc probat optime ratio facta de efficacia abrogationis. Itē quia non est maior ratio de vna quam de alia. De irregularitate vero iam contracta ratione delicti, res videtur dubia: quia illa est poena iam imposita propter delictum commissum: per abrogationem autem legis poenalis quoad poenam quam imponit, licet fiat vt in posterum talis poena non incurritur propter tale delictum, non tamē remittitur poena prius inflata propter delictum antea commissum: vt si Ecclesia nunc abrogaret legem prohibentem aliquid sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae, efficeret quidem vt in posterum id committens non maneret excommunicatus, non tamen tolleretur excommunicationem antea contractam pro tale delictum: sed necessaria esset illius absolutio: ita ergo videtur de irregularitate dicendum. Quod profecto est satis apparens, maxime si in abrogatione legis sint aliqua verba, quae tempus abrogationis respiciant. Nihilominus tamen, si abrogatio simpliciter & absolute fiat v. g. quod homicidia, aut rebaptizans iam non sit irregularis, probabilior est dicta sententia: quia talis abrogatio favorabilis est, & ideo amplianda: verba autem illa de se indifferentia sunt, & comprehendunt tam illum qui iam est homicida, quam qui futurus est. Accedit quod primaria ratio irregularitatis non est punitio, sed decencia rerum sacrarum, & ideo si per abrogationem legis iam non confideratur in illo delicto indecentia aliqua in ordine ad sacros ordines, non refert quod delictum ipsum fuerit committendum, vel commissum. Secus vero esset si non immediate abrogaretur lex irregularitatis, sed alia lex ferens censuram, per cuius violationem irregularitas contracta est, nam per talem abrogationem non auferretur irregularitas, quia lex virtute

A cuius incurritur, semper integra manet: imo per absolutionem à tali censura non auferitur irregularitas, quia sunt impedimenta diuersa.

Rationes dubitandi in principio posita ex dictis soluta sunt, praeter vltimam, quae intendebat, manente causa non posse irregularitatem dispensari, quia manet indecentia. Dicendum est enim, hanc indecentiam non semper esse tantam, aut talem, vt secluso iure positivo reddat actum illicitum, ideoque, ea non obstante, posse per dispensationem tolli irregularitatem: maxime cum possit intercedere rationabilis causa, per quam illa minor decencia compensetur. Semper tamen, in his praecipue irregularitatibus, quae ex defectibus animae vel corporis proveniunt, cauere oportet, ne aliquid admittatur, quod reuera sit contra decenciam ministerij sacri.

8
Rationibus
dubitandi
fit satis.

SECTIO II.

Apud quos sit potestas dispensandi in irregularitate.



Vponendum in primis est, potestatem hanc spirituales ac superiorem esse, & à Christo Domino concessam. Nam potestas ferendi leges, & dispensandi in illis eiusdem ordinis sunt, & potestas ligandi & soluendi respectue sumpta. Deinde suppono potestatem hanc iurisdictionis esse: non est enim potestas ordinis: constat enim in vniuersum dispensationem in lege actum iurisdictionis esse, vnde tantum à superiore circa subditos exerceri valere. Potest autem (vt hoc obiter dicamus) hic actus dici iurisdictionis voluntariae, quia non pertinet ad coactionem, sed potius ad fauorem & gratiam: aliquid vero participare potest de iurisdictione coactiva, quatenus per potestatem superioris etiam ab iniusto auferri potest, quia irregularitas non pendet ex voluntate habentis, sed imponentis illam. Suppono tertio, potestatem hanc alicui conuenire ex immediata Christi concessione: aliquibus vero per alterius hominis communicationem. Rursus potestatem hanc in aliquo esse ordinariam, in alijs esse posse delegatam: nam quoad haec omnia eadem est ratio de hoc actu iurisdictionis, & de alijs.

1
Quadam
supponun-
tur ad quā-
tionem de-
finitionem.

His suppositis, primo certum est Summum Pontificem ex diuino iure & immediata à Christo habere ordinariam, vniuersalem, ac supremam potestatem dispensandi in irregularitate. Patet quia Summus Pontifex habet suam potestatem immediate à Christo: quae ordinaria est, quia ex vi proprii muneris competit tamquam pastor totius Ecclesiae. Est etiam suprema, quia soli Christo immediate subest, & à nullo alio pendet, omnes vero alij pendunt à Summo Pontifice, etiam quantum ad hunc actum. Propter quod certum etiam est, posse sibi referuare dispensationem cuiuscumque irregularitatis, si velit. Denique dicitur hanc potestatem vniuersalem, non solum quoad loca, & personas, sed etiam quoad irregularitates, quia nulla est, quae per Summum Pontificem dispensari non possit: Nam omnis irregularitas est de iure positivo: in toto autem iure positivo potest Papa dispensare, vt ex suprema eius potestate constat, & ex cap. Proposuit, de Concess. praeb. Et cap. Significasti, de Electione, & c. Sunt quidam, 25. quae. 1. Quari vero potest, an talis dispensatio requirat causam, sed resolutio est, vt licite fiat, requiri causam; non tamen vt valida sit, iuxta generalem doctrinam de dispensatione legis humanae.

2
Prima con-
clusio.

Secundo dicendum est, iure ordinario nullum Episcopum posse dispensare in irregularitate secundum se seu generatim sumpta: sed solum in his irregularitatibus dispensare posse, quae illis conceduntur. Haec est communior sententia Canonistarum in cap. At si clerici, de Iudicijs, & Summistarum, Iii 4 praeser-

3
Secunda
conclusio.

Angel.
Syluest.

præsertim Angeli verb. *Dispensatio*, nume. 5. Syluest. quæst. 9. 10. & 11. & aliorum Doctorum in capit. *Cum illorum*, de Sentent. excommunicata. ex quo textu potest hæc assertio comprobari, & ex multis aliis quos infra suis locis referemus, quibus constat, Episcopum non posse dispensare in variis irregularitatibus: idem non provenit ex speciali reservatione quæ raro vel nunquam in iure adiungitur: provenit ergo ex generali causa, quia Episcopus ex vi sui muneris non habet potestatem dispensandi in irregularitate, nisi ei specialiter concedatur. Ratio est, quia inferior non potest dispensare in lege superioris, nisi ei concedatur: irregularitas autem semper est ex lege superioris comparatione ordinariorum Episcoporum, ut supra ostensum est: ergo. Confirmatur ex dictis supra disputa. 29. sect. 2. de suspensione lata à iure in penam delicti commissi, quod non possit Episcopus in illa dispensare, nisi in casibus sibi concessis: nam eadem ratio militat in irregularitate, & omnia ibi dicta possunt hic applicari. Et difficultas, quæ oritur ex c. *Nuper*, de Sent. excomm. ibi etiam expedita est, & ita sentiunt auctores ibi citati, & ex decreto Concilij Trident. statim tractando amplius confirmari poterit.

Quibus in casibus possint Episcopi in irregularitate dispensare.

Iam vero inquirendum occurrit, qui sint illi casus, in quibus Episcopis concessa est irregularitatis dispensatio. Respondeo, duobus modis posse hos casus designari: primo in particulari & in specie singulas irregularitates ab eis dispensabiles numerando: & de hoc dicemus in discursu totius materiae, nam tractando de vnaquaque irregularitate videbimus quid circa illam possit Episcopus. Alius modus esse potest per aliquas regulas generales. Possuntque duæ præcipue tradi.

Prima generalis.
regula.

Regulam hanc minime ad præxim applicari posse.

Prima est de iure antiquo iuxta communem doctrinam Canonistarum: tunc posse Episcopum in irregularitate dispensare, quando potest dispensare in ipsamet lege, quæ talem irregularitatem imponit. Hanc enim regulam circa suspensionem supra construimus, videtur autem habere eandem rationem in irregularitate, quia non requiritur maior potestas ad dispensandum in pena legis, quam in ipsa lege, ut in citata Disputatione de Suspensione, tetigi. Hæc autem regula supponit esse aliquam legem, irregularitatem imponentem, quæ possit per Episcopum dispensari, de qua eadem questio statim occurrit, quænam sit talis lex. Cui nunc omnino satisfacere non possumus, donec per singulas leges irregularitatem imponentes discurremus. Videtur tamen dicta regula in præfati materia nihil habere utilitatis. Quia duobus modis intelligi potest dispensari in lege. Primo post commissum actum contrarium ipsi legi: vel post contractum defectum, quem lex vitare studet: & hoc modo dispensare in tali lege nihil aliud est quàm dispensare in irregularitate contracta ratione illius: & ideo non potest assignari pro regula, quod tunc possit Episcopus in irregularitate dispensare, quando potest dispensare in lege ferente irregularitatem, quia nihil aliud esset quam idem per idem dicere. Secundo potest dispensari in lege antequam incidatur in ipsam: & hoc modo nullam esse legem ferentem irregularitatem, in qua possit Episcopus dispensare. Si enim talis lex ferat irregularitatem absque delicto dispensare in illa nihil aliud esset, quam concedere, ut talis actus vel defectus secum non afferat irregularitatem: quod multo magis esse videtur, quam dispensare in irregularitate iam contracta. Et ideo multo certius est, non posse hoc facere Episcopum, nisi ei specialiter concedatur, existimoque nullam esse huiusmodi concessionem, quia nullo iure constat. Nec videtur ratio na-

bilis, nedum necessaria talis potestas. Si autem irregularitas feratur propter delictum, tunc dispensare in tali lege, aut est concedere ut talis actus possit fieri sine delicto: & hoc non habet locum in his delictis, propter quæ irregularitas imponitur, quia sunt gravissima crimina, & contraria naturali, aut diuino iuri. Aut est concedere seu præuenire, ut irregularitas non contrahatur, etiam si talis actus fiat, & hoc maiori ratione hic locum non habet, quam in actibus quæ non sunt delicta. Igitur ex regula nulla potestas colligi potest.

Decretum Concilij Tridentini sess. 14. cap. 6. de Reformat. expenditur.

Alia regula sumitur ex iure nouo Concilij Tridentini sess. 24. cap. 6. de Reformat. ubi conceditur Episcopis ut dispensare possint in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientes, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum. Circa quam regulam optime aduertit Romana congregatio, Episcopos illarum regionum, in quibus Concilium Tridentinum receptum non est, non posse hac vi facultate: quia hæc facultas de nouo est per Concilium data, ideo prædictis Episcopis non confertur, quia par debet esse conditio sanorum, & onerum: ubi ergo Concilium non recipitur quoad leges & onera, acceptari non potest quoad fauores: non fuit enim mens Concilij aliter eos concedere. Unde etiam obiter constat, quod à principio dicebamus, Episcopos non habere facultatem ad dispensandum in irregularitate, nisi eis concedatur. Unde hic etiam absolute conceditur hæc potestas, sed cum duplici exceptione. Vna est de homicidio voluntario, de quo tractabitur infra. Alia est de delicto ad forum contentiosum deducto, quæ videtur non recte coherere cum ipsa regula. Nam ibi solum conceditur facultas in casibus occultis: quid ergo necesse fuit excipere casus deductos ad forum contentiosum, cum manifestum sit illos non esse occultos? Hoc adnotauerim, ut intelligatur, Concilium non loqui tantum de casibus omnino occultis, qui à nemine sciuntur: sed absolute de occultis, prout à publicis distinguuntur, etiam si probabilia sint: ob hæc enim causam addidit Concilium dictam exceptionem. Nam, si delictum occultum non tantum probabile sit, sed etiam iam sit deductum ad forum contentiosum: hoc ipso reputatur à Concilio sufficienter publicum, ut eius dispensatio Episcopo non concedatur. Dicitur autem delictum hoc modo publicum statim ac denunciatio seu accusatio de tali delicto coram legitimo iudice iudice facta est: nam Concilium non requirit quod delictum sit probatum, ac declaratum per sententiam iudicis, sed tantum quod sit deductum, deducitur autem per denunciationem vel accusationem. Sed quid si fortasse delictum omnino occultum, quodque probari non potest, ad forum contentiosum deferatur, iure, vel iniuria, poterit ne talis irregularitas ab Episcopo dispensari? Respondetur, ex vi verborum Concilij non posse, quia Concilium non distinguit de occulto probabili, vel quod probari non potest. Iam enim supra reiecit sententiam asserentem, per delictum omnino occultum non incurriri irregularitatem, dummodo externum sit. Unde, licet verum sit Concilium hic concedere facultatem ad dispensandum in casibus occultis, etiam si probabiles sint, non tamen in solis illis, sed etiam in omnino, & quomodocumque occultis, quia Concilium absolute loquitur. Cum ergo addat exceptionem eadem generalitate verborum, absolute limitat concessionem, ad quoscumque casus quomodocumque delictos. Existimo tamen hoc intelligendum esse, quàm-

diu crimen delatum ad forum contentiosum in illo versatur, seu quando causa ius agitur. Nam si post delationem quispiam iuridice absoluitur, à tali delicto, eo quod nullo modo probatum fuerit, videtur profecto reuocari delictum ad eum statum, in quo antea erat, & æque manere oculum, ideoque esse per Episcopum dispensabile: maxime quando delictum nec plene, nec semiplene probari potuit: nam quando aliqua probatio intercedit, res videtur magis dubia. Quia ex semiplena probatione in foro contentioso facta generaliter publica infamia & publica notitia, imperfecta quidem, tamen qualis sufficiens videtur, vt res non maneat occulta, sicut antea erat: quod secus est quando delictum nullo modo probatum est.

Qui nomen Episcopi in Concilio dicitur intelligatur.
Dubitari vero potest, quid nomine Episcopi in illo decreto intelligendum sit. In quo est certum non satis esse quod sit Episcopus consecratus, nisi habeat Episcopatum, & propriam iurisdictionem, ac subditos, quia non conceditur hæc facultas cuiuslibet Episcopo respectu quorumcumque fidelium, sed tantum respectu subditorum, vt est per se notum, & paulo inferius in eodem decreto declaratur. E contrario vero Episcopum esse electum, & confirmatum, quia ille est simpliciter & absolute Episcopus, & in ordine ad actus iurisdictionis non indiget consecratione. Maius tamen dubium est de inferioribus prælatibus habentibus iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, nam hi solent etiam nomine Episcopi venire in similibus concessionibus ad iurisdictionem pertinentibus: maxime quando sunt exempti, & habent quasi diocesim propriam. Nihilominus in Congregatione Cardinalium declaratum est, hos inferiores prælatos non comprehendendi sub hoc decreto, sed tantum Episcopos priuatiue, seu exclusiue quoad omnes alios. Cuius declarationis ratio fuisse videtur, quia hæc concessio ex ea parte qua derogari iuri communi, est odiosa, & ideo limitanda est ad proprietatem verbi, Episcopus. Et huic declarationi standum est, quia sufficiens testimonio, & auctoritate nobis de ea constat. Vnde sit, fideles omnes immediate subiectos his Abbatibus seu prælatibus inferioribus, quamuis alias exempti sint, quoad hunc posse subici Episcopo suæ diocesis, quia non debent esse prioris conditionis, quam alij fideles: ergo oportet vt habeant aliquem Episcopum, à quo possint talem dispensationem obtinere. Item quia Episcopus per se habet iurisdictionem in illa diocesi, quoad omnes actus in quibus illi non sunt exempti: non sunt autem exempti quoad hunc actum de quo agimus.

An comprehendantur inferiores Prælati habentes quasi Episcopalem iurisdictionem.
Rursus vero dubitari potest, an possit Episcopus hanc dispensationem alij committere, vel solum per se ipsum possit illam conferre. Ratio dubij est, quia decretum illud duas habet partes. Prior est de dispensatione in irregularitate ex defectibus occultis. Posterior est de absolutione à casibus reſeruatis, Summo Pontifici. Et in hac posteriori parte additur, per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputatum: in priori vero parte nihil additur, sed simpliciter dicitur licet Episcopus dispensare: ergo in illa priori parte potestas solis illis conceditur per se ipsos. Patet consequentia, nam extensio, quæ in vno casu ponitur, & in alio tacetur, virtualiter excluditur. Neque argumentum à simili in his rebus est validum, quia sunt facultates distinctæ: & absolutio à peccatis & censuris est magis necessaria ad salutem animæ, quam dispensatio in irregularitate, ideoque mirum non est quod cum maiori amplitudine concedatur. Accedit, quod Episcopi quoad hanc facultatem sunt tantum delegati, non enim habent illam iure ordinario, sed ex speciali commissione: ergo non possunt illam subdelegare, nisi hoc eis specialiter concedatur. Ob hanc enim causam addita est in illa

Resolutio.
A secunda parte decreti, per se vel Vicarium: & statim in eadem parte excipitur peccatum hæresis: ergo cum in priori parte non detur facultas delegandi non videtur Episcopi posse committere alius hanc facultatem. Nihilominus dicendum est, posse Episcopum per alium dispensare, vices suas illi committendo. Primo, quia nulla occurrit iufficiens causa, ob quam Concilium adeo limitauerit hanc facultatem, cum sæpe expediat hanc etiam facultatem concedere docto Confessori, qui possit dispensationis causam melius in conscientia examinare. Præterea Concilium non limitat hanc facultatem, vt intelligatur concessa Episcopis tamquam delegatis Sedis Apostolicæ: quod aliis locis facere solet, sed simpliciter eam facultatem Episcopis concedit, vt ex vi illius decreti videatur hæc facultas iam annexa muneri Episcopali quasi iure ordinario: ergo cum non restringatur, erit delegabilis ab Episcopo. Vnde quod in secunda parte illius capitis additur, Per Vicarium, &c. Potius videtur restrictio, quam ampliatio: nam si nihil adderetur, per quemcumque delegatum posset illa absolutio præstari: per illam vero particulam restrictum est, vt solum possit id fieri per Vicarium ad id specialiter deputatum. Quapropter si illa distinctio ad priorem facultatem dispensandi non accommodatur (vt contextus ipse requirere videtur: non enim sine causa Concilium distinctis verbis, dispensandi, & absoluendi, vitur, & distinctionem illam in vno membro ponit, & non in alio) si hoc, inquam, ita est, potius sequitur priorem facultatem dispensandi exerceri posse non solum per Vicarium specialiter ad hoc deputatum, sed simpliciter per quemcumque, etiam si generaliter ei facta sit delegatio. Denique vsu receptum, & interpretatum videtur, vt Episcopi soleant in his casibus vices suas aliis committere: consuetudo autem est optima legum interpretes.

Quis possit dispensare cum Episcopo poſſent irregularitatem sibi committere.
Et iuxta hanc resolutionem expediri etiam potest dubium, quod in congregatione Cardinalium tactum inuenio, scilicet, si contingat Episcopum ipsum in huiusmodi irregularitatem oculam incurere, an possit secum ipse dispensare, vel saltem alteri vices suas committere, vt dispense. Nam quod hoc posteriori modo fieri possit, ex responsione eiusdem congregationis colligi videtur: licet enim ibi non proponatur dubium de irregularitate, sed de censuris: tamen inde sumitur sufficiens argumentum à paritate rationis. Nam congregatio censuit, posse Episcopum deputare Confessorem, qui ipsum absolueret cum facultate concessa Episcopis per illud decretum: ergo idem erit de dispensatione: nam vtraque potestas de se delegabilis est, & non debet Episcopus esse prioris conditionis in hoc, quam inferiores Clerici. An vero possit Episcopus per se ipsum exercere hanc potestatem circa seipsum, generalis questio est de actu dispensandi, quam in materia delegibus, & de voto iustius tractamus.

Concl. 1a.
E Præterea hinc etiam expeditur aliud dubium tactum in eadem congregatione, an possit Episcopus dispensare in huiusmodi irregularitate occulta cum subdito absenti, qui in aliena diocesi versatur. Dicendum enim cenſeo, posse, vel hanc potestatem delegando alicui Confessori, vel per seipsum illam exercendo: quia dispensatio optime concedi potest absenti: quod si præsentia eius, cum quo dispensatur, necessaria non est, neque existentia intra eandem diocesim est necessaria: quia actus iurisdictionis voluntariæ, quæ secrete, & sine strepitu, & solennitate iudicii exercetur, extra territorium extendi, seu exerceri possunt, vt sæpe in superioribus dictum est. Contra hanc resolutionem obijci potest verbum illud Concilij Tridentini, In diocesi sua. Obijci etiam potest responsio prædictæ congregationis

Ab Episcopo possit per alium hanc dispensationem conferre. Ratio dub.
An Episcopus possit per alium hanc dispensationem conferre. Ratio dub.

Solutio.

nis Cardinalium dicentium, in eo casu posse huiusmodi subditum absentem absolui ab Episcopo illius diocesis in qua commoratur, non vero à suo. Redit autem rationem difficilem, scilicet, quia Concilium loquitur de absolutione sacramentali in foro conscientiae, quae requirit praesentiam, exemplo confessionis, quae non potest fieri per nuncium, vel per literas. Respondetur potius ex eadem responsione Cardinalium colligi aperte nostram conclusionem: nam expresse dicunt, in eo casu posse quidem illum subditum absentem absolui ab alieno Episcopo, in cuius diocesi commoratur, non vero dispensari. Et ita tacite declarat, verbum illud Concilij Tridentini referendum esse ad posteriorem facultatem absolventi, in qua ponitur, non vero ad priorem dispensandi. Unde sufficiens ratio differentiae redditur: quia Concilium Tridentinum in Episcopo requirit praesentiam ad absolutionem, non vero ad dispensationem. Huius autem differentiae ratio hinc videtur oriri, quod potestas dispensandi simpliciter conceditur, & dispensatio ipsa ex se non pertinet ad forum poenitentiae: & ideo aequae circa absentem, & praesentem exerceri potest. Imo in ordine ad illam, quantumvis subditus sit absens, semper retinet respectum subiectionis ad suum Superiorem: ideoque non potest talem dispensationem obtinere ab alieno Episcopo, etiam si in eius diocesi versetur: & contraria ratio potest dispensari à suo Episcopo, tum quia semper retinet eundem respectum subditi in ordine ad talem actum, qui ex se potest circa absentem exerceri: tum etiam quia non debet privari usus & fructu huius potestatis. Secus autem est de absolutione, quae expresse in eodem Concilio conceditur tantum in foro poenitentiae, *imposita poenitentia salutari*. Et ideo in praedicto casu illi Episcopo conceditur potestas absolventi respectu talis personae, ad quem pro tunc spectat iudicium in foro poenitentiae circa conscientiam illius: ille autem, qui in territorio alieno versatur absens à suo Pastore, pro tunc subditur in foro poenitentiae Pastori illius loci, in quo versatur: ergo ab illo absolvens est per hanc facultatem, & non ab alio.

Replia.

Sed instari potest: nam etiam absolutio ab excommunicatione ferri potest in absentem: ergo poterit Episcopus subditum in alia diocesi existentem in dictis casibus absolvi à censura, non absolviendo sacramentaliter, & tunc ablata censura, cum peccatum iam non maneat reservatum (est enim sermo de casibus Pontificiis) poterit ab illo absolvi à quocumque Sacerdote habente communem iurisdictionem: ergo ratio adducta in praedicta responsione Cardinalium non est solida. Nam absolutio ab excommunicatione, & poenitentia, quae in ordine ad illam imponitur, per literas, vel nuncium fieri possunt. Respondeo, ex vi solius absentiae ita quidem dicendum esse: quando vero absentia est extra diocesim, tunc Episcopus non potest absolvi à tali censura, non propter solam rationem absentiae, ut ratio facta probat: sed quia Concilium Tridentinum non concedit facultatem extra propriam diocesim, sed tantum intra illam, ut ex verbis eius expresse constat. Cur autem Concilium huiusmodi auctoritatem illam facultatem, non est petendum (ut opinor) ex natura absolutionis à censura, ut ex discursu facto constat, neque etiam ex eo, quod ex vi huius facultatis non possit Episcopus absolvi à censura, nisi in foro Sacramenti Poenitentiae, seu audiendo confessionem sacramentalem: quia ibi non conceditur hac facultas cum tanta limitatione, neque à nobis restringenda est, cum fautores potius sint ampliandi. Verbum autem illud, *In conscientia*, non significat idem, quod in Sacramento Poenitentiae: sed quod obligatio in conscientia, ut ex vi ipsorum verborum patet, quae addita sunt, ut semper relinquatur Ecclesiasticis iudicibus ius puniendi talia delicta in foro contentio-

Enodatur.

so, si aliquando in eo denunciata, atque probata fuerint. Item hanc fuisse mentem Concilij patet, quia alias non debuisset addere illam particulam, *In diocesi sua*, quia satis clarum erat, Episcopum in sua diocesi existentem non posse absolvi in foro sacramentali subditum extra diocesim existentem: vel si Concilium voluit ut Episcopus, etiam ipse existat extra suam diocesim, non possit ibi absolvi subditum suum (ut reuera voluisse videtur ex vi dictorum verborum) hoc ipso satis constat, rationem Concilij non fuisse propter absentiam, cum in eo casu possit subditus esse praesens suo Episcopo extra diocesim eius. Ratio ergo Concilij ex aliqua alia consideratione morali sumenda videtur: quia propter maiorem pacem, & meliorem ordinem voluit facultatem hanc limitare, non tantum ad personas, sed etiam ad territoria, seu loca. Quod si, ut intra suam diocesim possit Episcopus absolvi immediate per seipsum à tali censura reservata & occultata, subditum absentem in alio oppido eiusdem diocesis existentem: nihil est enim, quod obstat, cum Concilium dicat, *intra eandem diocesim*. E contrario vero sequitur, non posse Episcopum ex vi huius facultatis absolvi subditum extra diocesim existentem, etiam si ipse ibidem existeret, & possit ibi ab aliis peccatis eum absolvi, atque etiam à censuris non reservatis Papae, propter limitationem Concilij positam, ut explicatur est. At vero è contrario, si Episcopus existat extra suam diocesim, videtur posse mittere subdito intra diocesim existentem absolutionem à censura ex vi huius facultatis, quia non est necesse verbum illud Concilij, *In diocesi sua*, referre ad utramque personam, quia neque ex vi verborum id significatur, neque oportet concessionem restringere plusquam verba cogant.

Tandem hinc etiam constat, qui sunt intelligendi nomine subditorum in illo decreto: illi enim propriissime dicuntur subditi, in quos Episcopi ordinariam iurisdictionem habent. Sed oportet advertere particulam illam, *subditos suos*, non esse positam in prima parte illius cap. de Dispensatione in irregularitate, sed in secunda de absolutione à casibus reservatis in ordine, ad quem subditi dicuntur omnes illi, qui in foro sacramentali tali tempore subiciuntur Episcopo diocesano, sive ibi habeant firmum domicilium, sive non, ut explicatum est. Non tamen omnes illi censentur subditi in ordine ad dispensationem irregularitatis, ut declaravimus. Et ideo fortasse Concilium nullam mentionem subditorum fecit in illa parte, sed simpliciter dixit: *Episcopi in irregularibus casibus dispensare, &c.* Intelligendum est autem licere hoc Episcopis respectu, scilicet, unicuique respectu personarum sui Episcopatus scilicet, qui ibi habent domicilium. Et generaliter dici possunt subditi diocesani Episcopo in spiritualibus: existimo autem etiam comprehendere personas exemptas ibi commorantes: nam semper sunt aliquo modo subditi, & quoad hos actus favorabiles possunt se subicere, si velint, & aliud privilegium non obstat. Unde etiam Praelati inferiores alias excepti, & habentes iurisdictionem quasi Episcopalem possunt se quoad hoc se subicere, ut dispensationem huiusmodi à diocesano obtineant. Quod si quis quærat, an possit Archiepiscopus in toto suo Archiepiscopatu hac uti facultate. Respondeo simpliciter loquendo, non posse, quia hac facultas non conceditur ei, ut Archiepiscopus est, sed ut Episcopus: & quia hic est communis sensus talium facultatum, nisi aliud exprimitur. Dico autem simpliciter loquendo, quia quando Archiepiscopus visitat diocesim Suffraganei, videtur uti posse facultate absolventi à casibus reservatis ibi concessa: quia tunc quantum ad forum conscientiae & poenitentiae se gerit ut Episcopus, & potest sacramentaliter absolvi aequae ac Episcopus ipse. Dispensare autem

in irregularitate non videtur posse etiam in tempore, quia hæc non limitatur ad forum conscientie tantum, neque ordinatur ad forum sacramentale. Et hæc videntur sufficere de facultate Episcoporum.

¹³ An capitulum possit de vacante in his irregularitatibus dispensare.
Quæri vero potest, an Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Sede vacante possit uti hac facultate dispensandi in irregularitatibus. Ratio dubij est, quia succedit in iurisdictione Episcopali. Nihilominus dicendum videtur, non succedere in potestate dispensandi in irregularitatibus, in casibus specialiter concessis Episcopis in iure, nisi ipsi summet ius, vel sufficiens consuetudo ita declararet talem Episcopi facultatem. Hoc colligo ex ipsomet decreto Concilij Tridentini, adiuncta Cardinalium interpretatione dicente, illam esse facultatem solius Episcopi, prout tunc quoad omnes alios: ergo excludit etiam Capitulum Sede vacante. Hæc autem interpretatio non fundatur in aliqua specialitate illius decreti: nulla enim apparet: fundatur ergo in generali regula, quod facultas absolventi ab irregularitatibus concessa Episcopo simpliciter dicto, intelligitur de Episcopo tantum cum exclusione aliorum: non ergo succedit Capitulum in usu huius facultatis. Et ratio congrua est, quia hæc facultas non convenit Episcopo iure ordinario, sed extraordinario: Capitulum autem per se loquendo solum in ordinaria Episcopi iurisdictione succedit.

^A missionem dupliciter fieri posse: vno modo per privilegia perpetua, prout data sunt Prælati religionum, quæ ipsi scire tenentur, & in opere de Religione, quod iam molimur, magna ex parte explicabimus. Deo adiuuante, & in sequentibus in singulis irregularitatibus aliquid adnotabimus. Alio modo potest hæc commissio fieri ad vnum actum, vel ad tempus: & de hoc modo primum dicere possumus, consideranda esse verba rescripti, & iuxta illorum vim de potestate concessa iudicandum. Deinde oportet advertere, quoad usum Romanæ Curie ple-rasque dispensationes, quæ à Sede Apostolica man-re putantur, non fieri immediate à Papa, sed com-mitti in partibus, ut veritate examinata, & cognita Ordinarius, vel confessor dispenset, iuxta præscri-pta in Concilio Tridentino sess. 22. cap. 5. de Reform. In eo autem casu, etiam si Pontifex moriatur re-integra, non expirat talis facultas, ut notavit Maiolus lib. 5. cap. 51. num. 6. cum Sylvestro, verbo, Dispensatio, quælitio. 6. & aliis: quia talis delegatio inter gratias computatur: & ideo non expirat morte con-cedentis, ut in superioribus dictum est.

Maiol. Sylvest.

SECTIO III.

Quæ forma servanda sit in dispensatione irregularitatis.

HAC TENVS explicuimus causam efficientem huius dispensationis: de motiva autem nihil speciale occurrit notandum, præter ea, quæ communia sunt dispensationi in quocumque iure, nimirum requiri proportionatam causam, ut licite detur: adde etiam, ut valida sit, quando manat à Prælati Summo Pontifice inferioribus, ut infra etiam adnotabimus. De materiali etiam causa nihil necesse est dicere, cum nulla alia sit, præter personam irregularem. Solum ergo supersunt pauca dicenda de formali causa, simulque de effectibus constabit.

Prima conclusio.

^D Primo ergo dicendum est, nullam formam, vel solennitatem esse circa hoc iure præscriptam, ut omnes docent: quapropter ea solum postulanda sunt, quæ ex natura rei requiruntur. Ut ergo dispensatio sufficenter fiat, necessarium in primis est aliquod signum, quo sufficenter voluntas dispensantis ostendatur: quia dispensatio ab illa pendet, & sola interior voluntas, nisi manifestetur, nihil operatur inter homines, ut sæpe diximus. Debet item per tale signum sufficenter determinari irregularitas, quæ dispensatur, nisi generalibus verbis concedatur dispensatio ab omni irregularitate: quia cum hoc signum sit practicum, & actiuum, oportet sufficenter determinari, quia actiones sunt circa individua. Quapropter qui plures habet irregularitates, si ab una dispensari vult, necesse est, ut eius speciem declaret: nam si confuse petat dispensationem à quadam irregularitate, & dispensatio eodem confuso modo concedatur, nihil fiet: quia incertum manet, quænam irregularitas dispensetur, nisi concessio referatur ad intentionem petentis, & illa fuerit de tali irregularitate in particulari, quamvis verbo illam non exprefferit: tunc enim valida erit dispensatio: quia respectu eius, qui dispensatur, sufficenter declaratur voluntas dispensantis: quod satis est. Non est tamen conveniens modus: quia ut dispensatio convenienter fiat, necesse est gravitatem causæ, & irregularitatis in particulari cognoscere. Si autem in eo casu aliquis vult dispensari à multis irregularitatibus, quas habet, necesse est, ut vel illas in particulari proponat, vel saltem confuse petat dispensari à multis

^E Ultimo dubitari potest, quibus conveniat potestas hæc dispensandi in irregularitate ex delegatione, vel privilegio. Ad quod respondendum est, quæstionem hanc potius ad factum, quam ad ius pertinere: nam iure nulla talis facta est delegatio generalis, prout nunc loquimur: de casibus autem particularibus postea dicemus. Delegatio vero, quæ extra ius fit, cum ad factum pertineat, vix cadit sub scientiam; sed iuxta diversa munera vel status personarum, facultates, & privilegia eis concessa consulenda sunt. Solum ergo possumus advertere, hanc co-

¹⁴ An Apostolica Sede vacante Collegium Cardinalium possit irregularitates tollere saltem ad electionem Pontificis faciendam absolute enim, & quoad omnes personas certum videtur non habere hanc facultatem quia nullo iure illis concessa est. In ordine vero ad electionem dubitari potest, si aliquis eorum irregularis sit, an possit à toto Collegio cum eo dispensari, ut licite eligi possit: nam irregularis non dispensatus non potest eligi, ut supra dictum est: quia pro eo statum est indignus. Atque ita absolute affirmat Maiolus lib. 2. 4. cap. qui de remedio dispensationis nihil dicit. Videtur tamen probabile posse talem irregularitatem à Collegio tolli nam contingere potest, ut rationabilis causa dispensandi intercedat, imo quod expediat talem personam eligi, non obstante irregularitate, quia hac ablata, est dignior, &c. Ergo expedit, ut in illo collegio sit potestas ad talem dispensationem faciendam, cum non habeat tunc Superiorem, ad quem possit recurrere. Confirmatur, quia delegata potestate ad aliquem actum principalem censetur delegata ad alia accessoria, quæ ad illum ordinantur: ergo in præfati concessa facultate Cardinalibus ad eligendum, conceditur etiam ad tollendum quodcumque impedimentum, quod solo iure humano fundatur, si iusta causa intercedat. Accedit, quod si de facto eligatur persona irregularis, & nihil aliud obstat, electio facta tenet, & dignitas ipsa excludit irregularitatem: ergo à fortiori poterunt, si expediat, præmittere dispensationem, ut electio convenienti modo, & ordine fiat. Quapropter hanc partem probabiliorum existimo, siue illa vocetur proprie dispensatio, siue legitima interpretatio, quod in tali casu possit persona licite eligi, non obstante irregularitate, attenta ratione boni communis, quod semper est præferendum.

Maiol.

¹⁵ Qui habet potestatem delegatam dispensandi in irregularitate.
Stas hæc dispensandi in irregularitate ex delegatione, vel privilegio. Ad quod respondendum est, quæstionem hanc potius ad factum, quam ad ius pertinere: nam iure nulla talis facta est delegatio generalis, prout nunc loquimur: de casibus autem particularibus postea dicemus. Delegatio vero, quæ extra ius fit, cum ad factum pertineat, vix cadit sub scientiam; sed iuxta diversa munera vel status personarum, facultates, & privilegia eis concessa consulenda sunt. Solum ergo possumus advertere, hanc co-

multis, vel ab omnibus irregularitatibus, quas contraxit: nam potest una regularitas tolli sine alia: sicut una censura in hoc enim est eadem ratio, & ideo per dispensationem unus non tollitur alia, si adiut. Quocirca si quis petat dispensationem irregularitatum in certo, ac definito numero, ut quatuor irregularitatum, verb. grat. & eodem modo dispensatio concedatur: tunc si contingat irregularitatem aliam obliuioni tradi: non manebit dispensata: quia neque explicite, neque implicite in petitione, vel concessione continetur, neque ex vi alicuius connectionis tollitur simul cum aliis, sicut solent peccata obliuiri. Aliud vero erit, si in tali dispensatione addatur confusa clausula includens omnes irregularitates, quas talis persona incurrit: tunc enim etiam si petens oblitus fuerit alicuius irregularitatis, dispensata manet: quia implicite, & confuse fuit in dispensatione inclusa, quod satis est. Idemque erit, quoties dispensans dixerit: *Tecum in irregularitate dispenso*: si ex circumstantiis sufficienter constiterit dispensationem esse generalem datam: quia tunc omnia dispensata manent, etiam si in memoriam non venerint. Et ita censeo intelligendam doctrinam communem, quam referunt, & sequuntur Nauarrus in Summa cap. 26. num. 13. & Maiolus lib. 5. cap. 51. num. 6.

Nauarr.
Maiol.

Effectus dispensationis debet ipsa forma explicari.

Tandem necesse est, ut qualitas, seu effectus dispensationis sufficienter explicetur: potest enim irregularitas dispensari vel in totum, vel ex parte, id est, quoad unum ordinem, & non quoad omnes, vel quoad vsum ordinis suscepti, & non quoad ordinem suscipiendum. Quoties ergo dispensatio irregularitatis absolute, & sine addito conceditur, signum est dispensationem esse totalem, tum quia verba absoluta significant totalem dispensationem. Tum etiam quia nulla est ratio determinandi talem dispensationem ad vnum effectum potius, quam ad alium, nisi fortasse potestas dispensationis limitata sit, & diminuta: tunc enim dispensatio erit adaequata potestati, & solum ex eo capite poterit limitationem accipere. At vero si dispensatio concedatur cum limitatione, tantum operabitur, quantum verba expresse, vel implicite continuerint, ut si dispensatus quis fuerit ad minores ordines, non poterit ad sacros promoueri: si autem fuerit dispensatus ad subdiaconatum, non poterit ulterius ascendere, poterit tamen minores ordines suscipere; virtute enim continentur in illa dispensatione, cum non debeat quis per saltum promoueri. Si autem indefinite dispensetur ad ordines, multi censeant de minoribus tantum intelligi, communis per textum ibi in capit. *Litteras*, de Filiis Presbyterorum, in particulari agentes de irregularitate illegitimarum. Et quia dispensatio odiosa est, ideoque restringenda sunt iuxta ca. 1. eodem tit. de Filiis Presbyterorum. in 6. Sed difficile est hanc regulam vniuersaliter acceptare, quia in rebus indefinita æquiuale vniuersali: ideoque iuxta materiam subiectam, & maxime iuxta receptum verborum sensum, & vsum in particulari iudicandum est. Rursus si dispensatio concedatur cum hac limitatione, *ad vsum susceptorum ordinum*, ex vi illius non potest quis nouum ordinem suscipere: quia sunt effectus diuersi, qui frequenter in dispensationibus separantur, & difficilior esse solet dispensatio ad promotionem, quam cum iam promotus ad vsum tantum, cum ordinatus habet veluti acquisitum ius ad vsum ordinis suscepti, & difficilior sit aliquem priuari iure acquisito, quam acquirendo. Atque ita notauit Glossa in c. *Quicumque penitens*, d. 50. & indicatur in illo textu, & in aliis, quos ibi citat. Vnde infra videbimus, sæpe Episcopum dispensare in aliqua irregularitate quoad vsum suscepti ordinis, non vero quoad nouum ordinem suscipiendum. At vero si dispensatio fit ad vsum in superiori ordine, ver. gra. Presbyteratu, etiam extendi-

Glossa.

tur ad vsum omnium ordinum inferiorum: non quia in vniuersum ablato maiori impedimento sublato sit minus, ut quidam putant: non enim hæc regula certa, ut in superioribus vsum est: sed quia in illo effectus superioris virtute continentur alij, quia is, & qui est suspensus in minori ordine, non admittunt ad vsum superioris. Præterea si dispensatio concedatur ad obtinendum beneficium, ex vi talis formæ non videtur extendi ad ordines: quia non sine causa additur limitatio. Nec per consequentiam potest inferri extensio, eo quod beneficium propter officium datur, tum quia hæc concessio non sufficit, ut suspensus à beneficio sit suspensus ab ordine: ergo neque id sufficit, ut restitutus ad vnum, censeatur restitutus ad aliud, tum etiam quia interdum permittitur beneficium danti sustentationem propter ordinem iam susceptum, ne Clericus mendicare cogatur. Nam etiam non exerceat ordinem, potest & canonicum officium recitare, & aliud ministerium cantandi, vel inferuendi Ecclesiæ exercere. Et ob similem rationem dispensatio ad omnes ordines, si aliud non addatur, non necessario includit dispensationem ad beneficia Ecclesiastica, præsertim illa, quæ prelationem, vel iurisdictionem habent: quia etiam tales effectus sunt diuersi, & non ita connexi, ut ablato vno censeatur alius ablati: quod in particulari melius explicabitur in sequentibus.

Vltimo aduertendum est, hæc, quæ diximus, procedere in dispensatione verbalis, seu expressæ. Potest autem aliquando dispensatio fieri facto ipso, quasi in actu exercito: ut si Papa sciens aliquem esse irregularem, illum ordinet, vel litteras dimissorias concedat, cum eo dispensare censeatur: quia non est credendus Pontifex agere contra ius, cum posset inire dispensare. Vnde cum talis dispensatio Pontificis, etiam sine causa facta valida sit, absolute per illud factum dispensare censeatur. Quapropter sic ordinatus, non solum ordinem, sed etiam vsum ordinis sic suscepti recipit, & restituitur ad vsum inferiorum ordinum, propter regulam positam, quod nemini conceditur vsum superioris ordinis sine vfu inferiorum. Nihilominus tamen ex vi illius facti non censeatur ille homo dispensatus ad ascendendum ad superiores ordines: quia vt ille actus legitimatus, hoc necessarium non est, neque aliunde habet connectionem cum tali facto. Denique si tale factum ex ignorantia irregularitatis fiat, non potest esse indicium dispensationis, quia non est indicium voluntatis: quia ignorantia causat inuoluntarium. Atque ita omnes docent, sumiturque ex his, quæ in simili diximus de absolute a censura per factum Pontificis.

Negauimus tamen, illo loco Episcopum posse absolueri ab excommunicatione etiam sibi cognita, per solum factum: quod hic maiorem dubitationem habet. Nam multi censeant, posse Episcopum dispensare in irregularitate sibi cognita per simile factum, dummodo supponatur in eo potestas. Ita tenet Glossa in cap. vlt. distin. 51. verb. *Qui conuincitur*, & Glossa in cap. *Si quis sunt*, distin. 81. Et sequitur Nauarrus cap. 25. numer. 74. & Syluester verbo *Irregularitas*, in vltimis verbis: vbi idem censet de Prælato quocumque habente potestatem dispensandi in irregularitate, & mittente ad suscipiendos ordines subditum, quem scit esse irregularem. Et idem tenet Antoninus in tractatu de Irregularitate, cap. 6. articulo 15. Maiolus lib. 5. cap. 15. Ratio est, quia per illud factum indicatur sufficienter voluntas dispensandi: tum quia etiam inferior non præsumitur agere contra ius, si potest iure facere: tum etiam quia si in Pontifice Summo illud est sufficiens signum, id est, ex natura talis effectus moraliter consideratur ergo eadem ratione in Episcopo erit sufficiens signum. Aliunde vero non est prohibitum iure pontifici

SECTIO I.

Virum, Contrahatur irregularitas per indebitam baptismi susceptionem.



Duplex est usus sacramenti, passivus, scilicet, & actiuus: & de utroque dicemus. Prima ergo assertio sit. Per iteratam receptionem baptismi irregularitatem incurri. De hac relate dixi, in tom. 3. Disp. 31. Sect. 6. ubi ostendi, hanc irregularitatem esse in iure expressam, & non incurri nisi intercedat delictum, ideoque excusari quoties propter ignorantiam, & bonam fidem culpa excusatur, quod etiam nunc verum censeo, licet oppositum teneat, Maiol. lib. 3. cap. 14. quia nullum assertum in quo talis irregularitas sine culpa sit satis expressa. Addidi etiam, quando quis ita permittit exterius se iterum baptizari, ut non habeat intentionem suscipiendi sacramentum, sed solum se liberandi ab aliquo timore, vel aliquid simile, non incurrere hanc poenam, siue aliqui peccet in ea permissione, siue non, quia illa non est formalis rebaptizatio ex parte recipientis cum tali intentione: poena autem illa restringenda est ad formalem rebaptizationem, sicut poena imposita heretico ipso iure, restringitur ad formalem hereticum exteriorem, id est, qui ita exterius significat se negare fidem, ut interius etiam neget. Quo fit ut multo minus incurratur hac irregularitas, quoties quis recipit secundum baptismum sub intentione conditionata, si fortasse prior baptismus validus non fuit, etiam si contingat id fieri imprudenter, & sine sufficienti ratione dubitandi, ac denique cum graui culpa. Nam hac culpa, vel est diuersae rationis ab illa, quae est in formali rebaptismo, vel est ita imperfecta in illo ordine, ut simpliciter non possit dicere baptizatio: nam illa conditio, posita in intentione tollit animum & spiritum rebaptizationis. Denique hinc constat, irregularitatem hanc non esse impositam propter veram susceptionem alicuius sacramenti inique factam, nam ille secundus baptismus, per cuius susceptionem contrahitur haec irregularitas, non est sacramentum, tamen quia est in iuriam prioris baptismi, & fidei, ideo huic crimini adiuncta est talis irregularitas.

Ex quo obiter colligitur, si quis saepius rebaptizetur, saepius incurrere hanc irregularitatem, quia quoties multiplicatur culpa, propter quam iure ipso imponitur poena, toties incurritur similis poena, ut tractando de Censuris diximus. Et declarari potest, quia si quis post primam rebaptizationem poenitentiam agens, & irregularitatis dispensationem obtineret, postea vero in simile crimen laberetur, iterum etiam irregularitatem contraheret, quia vere violat legem, per quam talis poena ipso facto imponitur, nam rebaptizatio non dicit tantum secundam baptismi acceptionem, sed tertiam, & quartam & in quocunque numero post primam. Ergo, etiam si prima irregularitas non fuisset ablata, contraheretur secunda, quia non repugnat habere simul duas censuras vel impedimenta solo numero diuersa ex causis distinctis. E contrario vero in infero ex dictis, si contingat aliquem erronea conscientia rebaptizari, putans vere fuisse antea baptizatum, postea vero constet vel omnino non fuisse antea baptizatum, vel ex aliquo defectu essentiali primam baptismum fuisse nullum, illum non esse irregularem, quia nunquam secundo baptizatus est: quia donec sit verus baptismus vere receptus, non potest esse in re ipsa iteratio baptismi: ergo nec poena eius. Nec refert quod quis habuerit animum rebaptismi: quia ille processit tunc ex conscientiae erronea, & in effectu non habuit verum actum externum sibi conformem.

Prima conclusio.

Maiolus restrictus. Coroll. 1.

Coroll. 2.

Coroll. 3.

Coroll. 4.

Coroll. 5.

quo Episcopis dispensare hoc modo in irregularitate, nullibi enim extat tale ius: ergo est sufficiens illa dispensatio. Et hinc constituitur differentia inter excommunicationem, & irregularitatem: quia iure Ecclesiastico declaratum est, Episcopum non posse absolueri a censura per actiones excommunicationi contrarias, ut supra suo loco vidimus, quod non est circa dispensationem in irregularitate declaratum. Addit nihilominus Nauarrus, sententiam hanc procedere in foro conscientiae, non vero in foro exteriori. In quo censet constituendam etiam esse differentiam inter Papam & inferiores Episcopos. Et reddit rationem, quia dispensatio à Summo Pontifice data sine causa, est valida, non vero data ab Episcopo. Sed haec ratio solum concludit, quoad alias constituit Episcopum non habuisse legitimam causam dispensandi, vel illam ignorasse, aut non considerasse, talem dispensationem non valere, quod verum existimo. Si autem oppositum constituit, non video cur talis dispensatio sit reicienda, etiam in foro exteriori. Solum ergo videtur posse constitui differentia inter forum internum, & externum, in hoc, quod in interno sufficit, ut non constet de causae defectu, quia subditus praesumit superiorem recte agere: in externo necessarium erit causam probare, si res in examen afferatur, ut latius tractat idem Nauarrus, in cap. Si quando, de Rescriptis, excep. 10. numer. 3. & alia de hac tacita dispensatione, quae minus practica & moralia sunt, videri posse in Maiolo supra num. 8. & 9.

DISPUTATIO XLII.

De Irregularitate contracta ex aliquo delicto circa usum sacramentorum.



Explicata doctrina communis, descendimus ad singulas irregularitates, quae variis modis distribui solent. Quidam illas reuocant ad tria membra, scilicet ratione delicti, ratione sacramenti, aut ex defectu, sub quibus varia membra distinguunt, ut videre licet in Soto dist. 25. quaest. 1. art. secundum. Alij diuidunt in quinque membra, scilicet, ex defectu animae, & corporis, ex defectu lenitatis, & sacramenti, & ex delicto, ut videre est in Nauarrus, numer. 192. Alij vel reiciunt irregularitatem ex defectu animae, vel tantum constituunt vnam speciem ex defectu personae siue illa sit corporis, siue animae, quod postea examinandum est. Alij omnem irregularitatem dicunt esse ex defectu alicuius boni, unde iuxta quatuor bonorum genera, animae, corporis, famae, & fortunae, non incommode in quatuor species partiuntur, & sub defectibus animae, delicta, & nonnullos defectus, quin peccata non sunt, comprehendunt. Sed quia in ordine ad doctrinam moralem magis differunt duo genera irregularitatum ex delicto, vel sine illo, ideo hac partitione uti visum est, & prius dicere de irregularitatibus ex delicto, quas ad tria capita reuocabimus. Primum erit de peccatis commissis contra ordines. Secundum de alijs grauioribus vitiis. Tertium erit speciale de homicidio propter peculiarem illius rationem.

Fr. Suarez tom. 5.

Kkk

Dico